

PRAEFATIO.

*cum illa et prosapiae nobilitate et amplissima doctrinae laude illustris virgo praeclara variae suae lectionis et politioris ingenii monumenta erudito orbi ita probavit, ut vita eius digna multis visa sit, quam copiose et honorifice enarrarent * : tum sigillatim hunc libellum sanctiorum litterarum, sobriae philosophiae, atque insuper linguarum complurium, notitiam cumulate loqui, intelligentes harum rerum viri testantur **.*

Fa-

* Vnum iam nomino *Io. Mollerum*, qui in *Cimbria litterata* Tom. II, p. 805 - 817. edit. quae Hauniae a. clō lō cc xxxiiii. prodiit, vitam *Schurmanniae* diligentissime, addita auctorum, opera hac iam ante ipsum functorum, commemoratione, exposuit.

** In ephemeridibus relationum innocuarum nomine inscriptis, et sub epigraphe, *Sortgesetzte Sammlung von alten und neuen theologischen Sachen*, continuatis,